

Monumenta Novaliciensia

By Novalesa (Italy). (Benedictine Abbey), Carlo Cipolla

Carlo Cipolla

Published 1898

<http://books.google.com/books?id=wF0KAAAAIAAJ>

Text from public domain book found at

<http://books.google.com/books?id=wF0KAAAAIAAJ>

/19/ page number

? uncerertain reading

Corrected OCR text by

Johan Åhlfeldt

2007-10-02

Find more online merovingian and carolingian primary
sources at <http://www.francia.ahlfeldt.se>

II.

739 maggio 5.

Fonti. A. La pergamena originale del testamento di Abbone è andata perduta.

/18/

Hęc carta quę est de monasterio Novalisię dicit quod castrum de Vinnaco et villa Quintiacum quę est in mandamento Sancti Georgij [in pago Salmoriacensi et] in episcopatu Gratianopolitano sunt.

In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Karolus imperator augustus piissimus, a Deo coronatus, magnus pacificus imperator, Romanorum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudinem presentium scilicet et futurorum, quia vir venerabilis Frodoiunus abba ex

/19/

monasterio quod est constructum in honore sanctorum principum apostolorum, loco nuncupato Novalicis, missa petitione et religiosos monachos, Gisarannum scilicet et Agabertum, serenitati nostrę suggestit, qualiter Abbo quondam vir Deo devotus, per testamentum donationis suę aliquas res ad ipsum sanctum locum Novalicis delegasset, unde ipsa casa Dei et monachi ibidem consistentes, seu pauperes et peregrini euntes et redeuntes maximam consolationem habere videntur, et ipsum testamentum nostris detulerunt obtutibus ad relegendum. sed quia sepissime per placita comitum, per diversos pagos, necessitate cogente, ipsum ad relegendum detulerunt, iam ex parte valde dirutum esse videbatur, et ideo quia per se non fuerunt ausi ipsum testamentum renovare, petierunt celsitudine nostrę, ut per nostram iussionem denuo fuisset renovatus, eo tenore sicut ipse ad hoc relegi melius potuisset. nos autem considerantes eorum necessitate, et

mercedis nostrę augmentum, iussimus per fideles notarios nostros, infra palatium ipsum testamentum denuo renovare, ita ut deinceps pro mercedis nostrę augmentum, inspecto ipso testamento, sicut inibi declaratur, ad ipsam casam Dei nostris futurisque temporibus, in augmentis proficiat. non enim ex consuetudine anteriorum regum hoc facere decrevimus, sed solummodo propter necessitatem et mercedis augmentum transcribere precepimus hoc modo, et subter plumbum sigillari iussimus.

/20/

In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti, sub die tercio nonas maias, anno vigesimo primo gubernante inlustrissimo nostro Karolo regna Francorum, in inditione .VII., feliciter. ego in Dei nomine Abbo filius Felici et Rusticę nomine quondam, sana mente, atque consilio, cogitans casus humani fragilitatis, testamentum condidi, quem venerabili Hytberto clerico scribendo rogavi, quod testamentum rneum si quo casum et iure pretorio, vel quale cuius lege adinventionis que quomodo valere nequiverit, ac si ab intestato ad vicem codicellorum eum valere volo ac iubeo, quos quas [liberas] liberósve esse decrevero, liberi liberéve sint omnes, et queque per hoc testamentum meum dederó, legavero, dare iussero, id ut fiat detur, prestetur fidei heredes mei committo, ego in Dei nomine Abbo, cum me dispensatio divina de hac luce migrare preceperit, dibilitove nature complevero, tune tu sacrosancta ecclesia in honore beati Petri apostoli, seu et ceterorum sanctorum Novalicis monasterij in valle Sigusina, quem ex opere nostro in rem proprietatis nostrę construximus, ubi norma monachorum sub religionis ordine spiritale et regula sancti Benedicti custodiendis, Deo adjuvante, conlocavimus, ubi a presens [venerabilis] vir Abbo presse videtur, heres michi es tu, heredem meam te esse volo ac iubeo, Petri apostoli superscripte monasterij, in valle Sigusina, tam

/21/

infra muros ipsius civitatis, quam et in ipso pago ex alode parentum meorum vel undecumque michi iustissime ibidem ex legibus obvenit, hoc est quicquid in ipsa valle Novalicis, etiam et in Barro, seu et in Albanato, et ultra Cinisca subtus Cravasca, et in Faido, vel cetera loca, quod presente tempore ad ipsum monasterium adiacet, vel aspicere videtur, cum silvis, pratis, alpibus, aquis aquarumve decursibus, quicquid presente tempore ad ipsum sanctum locum aspicere videtur, tam de proprio quam de conquisto, seu et de commutationis causa Promaciano, in valle Maurigenica recepimus, una cum mancipijs terris, vineis, silvis, cum omni integritate, ut habeas, volo ac iubeo, similiter quicquid in Balmas, ubi oratorius in honore sancti Verani est constructus, visi sumus habere, et in Lastadio, Gallionis, Grummo, Camundis, Luxomone, Corvallico, Petracava, Trebocis, vel circa civitate, quantumcumque ex proprie parentum nostrorum, vel conquestum in ipsa loca habere videmur, te heredem meam habere volo ac iubeo. et quicquid circa civitate Segusia vel in ipsa valle habere videmur, hoc est in Orbano, Ciminiano, Voroxio, Raude, Noviliano, tu heres mea habere volo ac iubeo. et in Valaucis portione quam a liberto nostro Theudaldo dedimus, volo ut habeat, et ipse et infantes sui, ad heredem meam aspicere debeant, volo ac iubeo. similiter Cammite superiore, et Cammite subteriore, Brosiolis una cum ingenuis, Rogationis, Tanno, Borgonis, una cum ministrale nostro Iohanne et infantes suos, Libertalo cum infantes suos, Critovis,

/22/

Orbana, Bicorasco, una cum nepotes Vualane, hoc est Harioldo et germana sua, quem Dunimius habet, Galisiaca et alpes in Cinisio, quem de ecclesia sancto Petro de ipsa constructa Lugdunense commutavimus. ista omnia superius comprehensa, una cum mancipijs, libertis, terris, domibus, edificijs, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, alpibus, vel omnis adiacentias ad se pertinentes, te herede mea habere volo

ac iubeo. et cella infra regnum Langobardorum qui vocatur
Tollatecus, quicquid ex alode parentum nostrorum michi
ibidem obvenit, una cum mancipijs ibi consistentibus, vel
omne iure suo, ut habeas volo ac iubeo. etiam et colonica in
valle Diubiasca, infra fines Langobardorum, ubi dicitur
Bicciatis, quem parentes nostri et nos ibidem habuimus, ut
habeas volo atque precipio. simile namque modo et quicquid
in valle Maurigennica ex alode parentum nostrorum vel per
quodlibet titulo iuste et rationabiliter nobis ibidem obvenit et
legitima subpetit redebere, hoc est in ipsa Maurogenna,
domus quem apud ecclesie Maurigennica commutavimus cum
edificijs, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis, seu unglis, una
cum ecclesia sancto Petro quem parentes nostri ibidem
construxerunt, cum omni integritate vel adiacentias ad se
pertinentes, immoque ecclesia sancto Pancrasio proprietatis
nostrę, una cum colonica in Birisco, cum omnis adiacentijs ad
se pertinentes, te herede mea habere volo, et in ipsa valle
Maurigennica loco nuncupante Fontana, quicquid ibidem
presente tempore de parentes nostris visi sumus habere, seu et
in Nanosces, una cum illos ingenuos de Amberto et liberto
nostro de Alsede nomen Orbano, et ingenua nostra nomen
Rigovera

/23/

de Bognosco, vel quicquid in Bregis de alode parentum
nostrorum, quam Austrualdus in beneficio habet, te
superscripta ecclesia sancto Petro heres mea habere volo ac
iubeo. pro modo simile quicquid de domna Siagria in ipsa
valle Maurigennica conquesivimus, Misiottano, Oblicianis,
Mago, colonica in Albiadis, in Bausentis, et colonica super
Bricoscis, et Amalicione ubi Blancolus verbicarius manet, et
Gratavunna, etiam & cetera vocabula cum adiacentijs earum,
te sacrosancta ecclesia habere volo ac iubeo. hnmoque
quicquid in valle Daren tasiense, ex alode parentum
nostrorum, vel quod de Siagria ibidem ad nos pervenit, una
cum mancipijs, libertis, colonis, inquilinis, et servis, te

heredem habere volo, atque precipio. De Gratianopolitano pago. SIMILITER in pago Gratianopolitano Olonna, quem ad liberta mea nomen Sendeberti dedi, volo ut habeat, Missoriano, quem de Siagria conquesivi, Piniano et Corennum, quem a liberta mea nomen Auriliana dedi, ipsas libertas meas cum ipsas res, volo ut habeas ac iubeo. seu in Aravardo, una cum libertos nostros, Magnebertum una cum germano suo Columbo, Misicasiana, Mesatico, Cambe, Quintiaco, Viennatico. ista omnia supra scripta una cum libertis ac colonis et servis, vel omnes adiacentias suas ad ipsa loca pertinentes in suprascripto pago Gratianopolitano, tu heres mea ut habeas volo atque discerno. item quam in pago Viennense Maconiano quem de alode parentum meorum nobis obvenit, et quod de Siagria conquisivimus, et colonica in ipso pago Viennense, Baccoriaco super fluvium Carusium, ubi faber noster Maiorianus

/24/

mansit, et filius eius Ramnulfus de Blaciaco, quem incontra Ardulfo per iudicio Agnarico patricio evindicavimus. similiter et in pago Vianense, et Leudunense, Bornaco, Basciasco, Amblariaco, Blaciaco, colonica Sevorio. ista omnia superscripta, una cum terris, domibus, vineis, campis, pratis, vel cum omne iure earum, ac colonis, servis et libertis ad ipsa loca aspicientes, tu heres mea ut habeas [volo] atque precipio. item in pago Mastascense, Carnaco, Ebasciaco, quem de Siagria conquesivimus, una cum ingenuis, libertis, ac colonis et servis, vel omnes adiacentijs ad ipsa loca aspicientes ut habeas volo ac iubeo. similiter et in pago Briantino, et Aquisiana, et Annevasca, in loca nuncupantes Briancione valle, una cum libertis ac colonis et servis Annede, una cum ingenuis, libertis et servis Agracianis, Exoratiana, Aquislevas, cum libertis et servis, vel omnes adiacentias ad se pertinentes te sacrosancta ecclesia ut habeas volo atque precipio. et colonicas infra ipsa valle Briantina et Aquisiana quem de Vuidegunde conquesivimus, unde Bardinus capitularius est.

similiter et in Gerentonnis colonicas de ipsa ratione
Vuindegundi, quod ad nos pervenerunt, quem Sigualdus
libertus noster in beneficio habet; colonica quem de muliere
Gismundo nomen Pannutia in ipsa valle in Tercia &
recepimus, ubi Marius noster verbecarius in ipsa colonica
manet. similiter curte mea Salliaris, alpes, prata, ingenua,
Vendanum, Mullinaricus, Vuilla Vitole. ista omnia
suprascripta una cum libertis, ac colonis, servis vel omnes
adiacentias earum ad ipsa loca aspicientes, tu heres mea ut
habeas volo ac iubeo. et colonicas in valle Gerentonica et in
Ralis, quem ad libertos meos quem Theudoaldo et Honorio
dedi, ut ipsi et infantes ipsorum habeant

/25/

beant & ad heredem meam sacrosancta ecclesia aspiciant. ista
omnia superius comprehensa, una cura adiunctis
adiacentijsque suis, campis, pratis, pascuis, silvis, alpibus,
montibus, rivis, aquarumve decursibus, accisque omnibus cum
omnem iure vel terminum earum, tu sacrosancta ecclesia
heres mea ut habeas volo ac iubeo. similiter libertus nostros in
valle Aquisiana, qui ad parentes nostros aspexerunt, seu et in
ipso pago Brigantino commanere videntur, unde Vitalis
capitularis est ad memorata ecclesia heredem meam ut
aspiciant, et in pensionem faciant, volo ac iubeo. emmo quem
in pago Ebredunense et valle Occense, Brintico, portiones
nostras quem de Vualdeberto presbitero et de Rigaberga
conquisivimus et de proprio alode meo et quod de parente
mea Godane ad me pervenit, et in ipsa valle Moccense quem
de Siagria acquisivimus, una cum alpes, et quem de Dodone
et Godane ad nos pervenit, seu et quod domno Vualdeberto
episcopo et de Riguberga ibidem acquisivimus. et colonica
ubi dicitur Albariosco, quem Marcianus servos noster habet,
quem de Dodone parente meo in ipso pago Ebredunense ad
me pervenit. necnon et colonicas nostras in pago
Rigomagense, quem Baronta libertus noster in beneficium
habet, et liberto meo ipsum Barontane, una apud Solia quem

ei dedimus, ut ad te heres meam ipse Baronta aspicere debeat, volo ac iubeo. item in ipsum pago Ebredunense, colonicas in Boresio, quem Sauma in beneficio habet. Rodis ubi verbicarius noster nomen Laurentius manet. colonicas in Velentio, quem per preceptionem dominica de ratione Riculfi et germano suo Rodbaldo ad nos pervenit. omnia et ex omnibus quicquid in ipsum pago Ebredunense, seu et in valle Moccense et Rigomagense, tam de conquesto quam de alode parentum nostrorum, nobis in ipsos pagos obvenit advenit ad integrum, una cum alpes, tibi suprascripta heres meam sacrosancta ecclesia habere volo ac iubeo. simile namque modo in pago Vuapencense, corte mea Talarno,

/26/

una cum libertus nostros Sicualdo, cum sórores suas et infantes earum, Maximo cum uxore sua et infantes eorum, Calaico una cum libertus nostros et Allionicos quem de Vuidegunde conquisivimus, et liberti nostri in ipsum Allionicus commanere videntur, Marius cum germanos suos, et libertus nostros in Venavella, Hidebertum cum uxore sua et infantes eorum quem de Vuidegunde ad nos pervenerunt Kalares quem de ipsa Vuidegunde conquisivimus, Matarellos libertus noster manet. in colonica dominicale et extra sunt terras et vincas dominicales, ista omnia supra scripta, una cum libertis ac colonis et servis una cum adiunctis adiacentiisque suis, ad ipsa loca pertinentes, te sacrosancta ecclesia ut habeas volo ac iubeo. et dono liberto meo ad ipsa ecclesia nomen Amalberto, qui habet uxore filia ipsius Mattalello, quem ego manumisi, et ipsum dua mancipia dedi ad casa Vuapencense, his nominibus Rusticu et Lupolina, itemque et in ipsum pago Vuapencense Altana, quem de alode parentum meorum habeo, Curenno, Galisco, Andila quem genitor meus de Persa conquisivit, & illas terras ibidem in campania, cum illa alpe Cassauda, quem de Lavernosco ibidem habemus, ipsas terras usque ad summa mancipia quem [de] Siagria conquisivimus. ista omnia suprascripta, una cum campis, pratis, silvis pascuis,

alpihus adiacentibusque suis ad ipsa loca pertinentis, tu sacrosancta ecclesia habeas volo ac iubeo. simile namque modo, in ipso pago Vuapenicense corte mea Opága, cum omnis appenditijs suas ad se pertinentes, quem de alode parentum meorum habeo, apud colonica quem de Venatore avunculus meus domnos Semforianus episcopus conquisivi, /27/

tu heres mea ut habeas volo ac iubeo. colonica Subtusripas, quem ad libertum meum nomen Bertarij dedimus, infantes sui habeant volo ac iubeo, et ipsi ad herede mea aspicere debeant. Bonis, Craviosco tu heres mea sacrosancta ecclesia sancti Petri monasterij Novalicius, ut habeas volo ac iubeo. similiter corte mea Valerignaca una cum libertum meum Savino cum filius suos, et filijs liberti mei, Siseberga, Magnibertum cum germanus suos et filius suos, vel alius libertus nostros, qui ad ipsa curte aspiciunt, habere volo ac iubeo. Romauná cum adpendicijs earum et alpes, preter quem ad libertus meos infantes Aldefredo et Godoberti in ipsa Roma dedimus, volo ut habeant, et ipsi ad heredem meam aspiciant. Laquatico una cum appenditijs suas ad ipsa loca pertinentes, et quod a liberta mea Dumnulina quem commutavi, dedi in ipsum Laquatico, volo ut habeat et ad heredem meam sacrosancta ecclesia aspiciat. et terras in Esturbatina quem de Bonevalo conquisivi et ad suprascripta liberta mea nomen Sendeberti dedi, volo ut habeat, et ad heredem meam aspiciat. colonicas in Taraone quem de Ricuberga conquisivimus, et terras in Crarijs, et libertus nostros Maroaldo et uxore sua, vel filijs eorum, quem genitrix mea Rustica de pago Genevense fecit venire, et super ipsa terra ipse mansurus fecit, terra et mancipia in Sevelis quem de Avolo presbitero et de Freberga femina avunculos noster domnus Senforianus conquisivit. et libertos nostros in Artonosco filius Victore, et Vere, Iohannis, Iustebertus, Paulos, et Verissimus, Justina, et Bertildes, ipsa terra et mancipia in Sevelis in beneficio habent, tu heres mea

sacrosancta ecclesia sancti Petri Novalitius monasterij, ut habeas volo ac iubeo. Capannas quem ad liberta mea, nomen superscripte Berteldi dedi, volo ut habeat, et ad heredem mea aspiciat. Vobridio quem de Mauro conquisivi, et ad liberta mea superscripte nomen Iustini dedi, quem Dadinus /28/

habet, volo ut habeat, et ad heredem meam aspiciat. colonica Utronno ex alode parentum meorum Glasia, Pentus, Bullone, Muccunava, Bladonis, tu heres mea ut habeas volo ac iubeo. similiter et res illas Maurovila, Rodanone una cum adiacentias earum, vel quicquid de parentibus nostris Dodone et Godane nobis ibidem obvenit, et res illas quem de Gondeberto conquisivimus, quem Marabertus in beneficio habet, et illas res quem de Escussario conquisivimus, una cum mancipijs, terris, vel omnes adiacentias ad ipsa loca aspicientes. ista omnia superscripta te sacrosancta ecclesia domni Petri heredem meam habere volo atque precipio. in Cronno, Luciano, ex alode parentum meorum, et in Latiomans ibi Mora ancilla nostra manet, quod de genitrice nostra Rustica michi obvenit. colonica in Gradosa quem ministerialis noster Baio in beneficio habuit, tu heres meam ut habeas volo ac iubeo. Quonaone in pago Vasense, una cum ingenuis, quem de Vuidegunde conquisivimus, Doliana in pago Vendascino, quem de ipsa Vuidegunde ad nos pervenit, et superscripti liberti mei, Iustini, et Dadino dedimus, volo ut habeant, et ad heredem meam sacrosancta ecclesia aspiciant. in pago Sigesterico, vineas et terras in Planciano, quem de parente nostro Vuandalberto abbate conquisivimus. et in Massilia res nostras proprias, casas, et ortiles, quem de avunculo meo Dodone michi obvenit, et de avia nostra Dodina. similiter ad Pero, casas et ortiles, qui michi de parente mea Godane obvenit, et campos et vineas infra civitate, et portione nostra in Centronis, et ad fontem Lisola terras et pascuis. in pago Arlatino, Anglarias et Vivario portione nostra, et illa alia quem [de] avunculo meo Dodone michi obvenit, tu heres mea

habeas, volo ac iubeo. Cronia in pago Tolonense una cum libertis ac colonis, et servis, terris, vineis, olivetis, seu et adjacentias ad se aspicientis,

/29/

te herede mea sacrosancta ecclesia sancti Petri monasterio Novalicis habere volo atque discerno, in pago Regense, Vuardacelis, illo proprio nostro et illa portione, quem de Godane conquisivimus, una cum colonica in Cumbulis et in Pratalioni, qui ad Vuardacelis aspicit, ubi siricarius noster Peter mansit, tu heres inea ut habeas volo ac iubeo. salines in Viu, in pago Arelatense, quem de Godane parente nostra ad nos pervenerunt, et illa portione Siagrię, quem de ipsa conquisivimus, una cum arias et campos, vineis et olivetis, mancipijs, pascuis, ibidem et in campo, et illas salines in Alterneto, Cattorosco, et in Leonio, tam nostra portione quam et quod de avunculo nostro Dodone ibidem conquisivimus. in pago Diense, Cassies sibi teptis et portione nostra Bosedone, quem de Siagria conquisivimus, una cum libertis et servis, vel adpendices suas, et libertum nostro Unebertum, et filius suos, quem ex alode de genitore meo habeo, ut habeas volo ac iubeo. in Ambillis ubi Gavioaldus servos noster manet, una cum cultura, quem de domna Siagria ad nos pervenit, quem ipse Unebertus in beneficio habet, et illa colonica de ratione parenti mei Godane super Dederauso in pago Diense ubi Orbicianus servos manet, ubi dicitur Riaciosco te heredem meam sacrosancta ecclesia habere volo ac iubeo. colonicas in pago Attense, in Variates, et colonicas in pago Cavellico, Attanisco, Quossis, Pecciano, Torrido, qui mihi ex alode genitrici mei Rustice et avunculo meo Dodone obvenit. ista omnia superscripta, una cum adiunctis adjacentibus suis ad ipsa loca aspicientis, te sacrosancta ecclesia beati Petri apostoli Novalicis

/30/

monasterij, te heredem meam habere volo atque precipio. colonicas in pago Diense, ubi dicitur Macitha, una cum

salines ad Verdona, qui ad Lavariosco corte nostra aspexerunt, quam de domna Siagria conquisivimus, te heredem meam habere volo ac iubeo. casalis in Tenegaudia una cum terris et pascos in ipso monte, quem de Valeriano genitor meus conquisivit, te heredem meam sacrosancta ecclesia domni Petri monasterij habere volo ac iubeo. et placuit michi in hanc pagina testamentas mei adnecti de alode parentorum meorum aviis meis Maurino et Dodiņę, quem apud consubrina mea Honorata filia Eptolenę amitę mei, pro pectiois titulum inter nos divisimus, noscitur convenisset, ut ipsa omnem portionem suam de ipsa facultate present[i]aliter recipit et de proprietate nostre quod pro falcidia se nos ipsa vel heredis sui superstites fuerunt, estare, aut per lege recipere potuissent eis present[i]aliter, de proprietatis portione nostrę loca dominata, quem in pactionis nostrę continetur, et scripte in falcidia reputata dimisimus, ut nullum quam tempore in postmodo ipsa nec heredes sui contra hanc testamento meo nec proiesta nostra ambulare nec refragare debeant. quod si fecerint, pęna quod in pectiois nostrę per commune consensum continet incurrant, et quod repitent, evendicare non valeant. et volo ut omnis liberti nostri, quos quas parentes nostri fecerunt liberos, et nos postea fecimus, ut ad ipsum heredem meam ecclesiam sancto Petro aspiciant, et obsequium et impensionem sicut ad parentes nostros et nobis iuxta legis ordine debent impendere. ita et in antia ad ipsa herede meam sancto Petro Novalicis monasterij constructa facere debeant. quod si contumacis, aut ingrati

/31/

ad heredem meam suprascripta ecclesia steterint, et revellare voluerint, tunc liceat agentes herede meam eos cum pietatis ordine coercere, ut ipsi impensionem faciant, sicut ad parentes nostros et nos fecerunt. quod si ingrati et rebelli prestiterint, tunc quod lex de ingratis et contumacis libertis continet, cum iudice interpellatione et distructione ad herede mea exolvant, et ad ipsa revertant, volo ac iubeo. et dono

superscripto pago Gratianopolitano liberta mea Sanctitildę, qui manet in Pino, cum filius suos Sicufredo, et Sigirico, Sicumare et germanos eorum Helene, et Sigilinę, et in ipsum pago Gratianopolitano donamus liberto nostro nomen Gondeberto eunucu et germanas suas cum omni rem, quem Vuindegundas ad parentes suos in Pagnanum per cessione dedit, volo ut habeat, et ad herede mea aspiciant. donamus liberta nostra Droctosenda cum filius suos, et habet ipsa liberta nostra homo ingenuus, nomen Radbertus, dedimus Celseberto, colonica in Glisione prope de Arcia, volo ut habeat, et ad herede mea aspiciat. colonicas, terras et vineas dominicales, quem locos lerator noster in cessione, et Opilonicus usque nunc in benefitium habuit, quem de Sicuberga conquisivimus, volo ut ipse per testamento nostrum libertus fiat, et ipsas colonicas sub nomen libertinitatis habeat, et ad heredem meam sicut liberti nostri aspiciunt, ita et ipse sic facere debeat. et si ipse de ipso monasterio sicut libertus se abstrahere voluerit

/32/

in pristinu servido revertatur, et ipsas colonicas, et ipsi monachi ad parte herede meam sancii Pétri monasterij respiciant. et illud michi in hunc testamento meum addere placu[i]t, ut dum et domnos patrunus meus Semforianus condam episcopatum Vuapencense in suam habuit gubernatione, et devotione suę, ut medietate de Rogationes portionis ipsius, in valle Segucia, ad ipsa ęcclesia per sua esturmenta delegare voluit, et diebus vitę suę tutillam meam in suam habuit recepta potestate, et apud nos nullam deduxit ratione, et dum per lege nulla exinde potuit delegare, et facultates nostras indivisas remanserunt, ipse carta donationis de medietate locello nostro commune de Rogationes in valle Sigusina ad iam dieta ęcclesia sanctę Marię Vuapencense, quod scripserat. durnetlex hoc prohibet, et postea ipse de ipso onos episcopato a malis hominibus eiectus fuit, et ipsa portio de Rogationis ad ipsa ęcclesia Vuapencense numquam fuit

tradita, nec recepta, ideoque nos tam pro animę nostrę remedio, quam et pro ipsius suprascriptus patrum nostrum communi ratione domno Senforiano, donamus ad ipsa ecclesia sancte Marię Vuapencense locella nostra in pago Regense, nu[n]cupantes Braccio, una cum Voconcio, quem de parente nostra Godane ad nos pervenit, una cum libertis ac colanis et servis, domibus, edifitijs, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis,

/33/

omnia et ex omnibus quicquid infra ipsum pago Regense, ad ipsum Bractio et Vocontio aspicere videtur, pręter quod superius scriptum est, quod dum heredem meam ecclesia sancti Petri dedi, ut tam pro anime nostre remedie, ut diximus, quam et pro devotione patrum nostrorum domno Senforiano in luminaribus ipsius ecclesię, et pro substantia pauperorum, perhennis temporibus proficiat in augmentis, volo ac iubeo. emmoque donamus ad ipsa ecclesia sanctę Marię Vuapencense locella nostra in ipso pago Vuapencense, nu[n]cupante Ruarmo, Ambillis in Taraone, una cum libertis ad ipsa loca aspicientes. in pago Cavellico, Memiana, quem domnos et avuos noster Marro condam de domno Crammelino episcopo acquisivit, de ista omnia suprascripta, dum adhuc vixero, usum et fructum michi reservo; post obitum quidem meum, quandoquidem Deus voluerit, agentes ecclesię sanctę Marię Vuapencense ipsa loca recipiant et habeant volo ac iubeo. simile modo donamus ad ecclesia sancti Iohannis Baptistę Maurogenna in luminaribus ipsius sancti loce, et pro animę nostrę remedio, loca nu[n]cupantis in pago Gratianopolitano Crispiaco, quem de Siagria acquisivimus. Abrici colonica in pago Viennense, quem de ipsa Siagria ad nos pervenit, Macciono, quem de alode parentum habeo et in commutationis causę ad ipsa casa Maurogennica pro colonicas in Venavis, in valle Segusina, dedimus. Vircarias in Malenciano, quem ad filio Bertelino servo sancti Iohanni pro ingenuitatis dedimus, ipsa vero loca, una cum colonis ac

colanis, servis, libertis in ipsa loca commanentes, cum omnes
adiacentias ad se pertinentes, in luminaribus ipsius ecclesie
sancto Iohanne Maurogennica, et

/34/

pro substantia pauperorum volo ut habeat et proficiat in
augmentis. donavimus dulcissime nostre Virgilie loca
nu[n]cupatis in ipso pago Vuapencense Laciomaus et
Lecentiaco, Cassaniola, Ciconiola, quem de domno
Vualdeberto episcopo et de domna Siagria et Vuidegunde et
Deo sacrata Ricuberta femina in ipsa loca acquisivimus.
similiter et in pago Segisterico Lavariosco, una cum omnis
adiacentias suas, quanto infra ipso pago Sigesterico ad ipsa
corte aspicere videntur, quem de domna Siagria ad nos
pervenit. etiam et in pago Regense Cinicino,
quem de domno Vualdeberto ad nos pervenit. in ipsa vero
loca, una cum ingenuis, libertis ac colanis et servis, terris,
domibus, edificiis, mancipiis, campis, pratis, pascuis, silvis
vineis, cum omnis adiacentias earum ad se pertinentes, ut
habeas volo, propter quod in ipsos pagos Sigesterico, Regense
et Vuapencense, ad heredem meam ecclesia sancto Petro
monasterij Novalicis dedimus, ut habeat, volo ac iubeo. et
placuit michi in hunc testamentum meum plenissimam
voluntatem scribere, dum et domnos et in Christo pater
noster Vualchuni episcopus ab initio incoationis opere
fundamentum ecclesie sancto Petro monasterie Novalicis
heredem meam posuit, et usque ad culminis consumationis
fabrica perduxit, et in omne opere edifitiorum adiutor et
gubernator stetit, ut dura ipse advixerit, sub suo nomine et
gubernatione et nostra commune ipse monasterius sancto
Petro heredem meam cum omnibus rebus ad ipsum
delegandis consistere valeat. et, quod humanum est, quando
abbas de ipso monasterio de hac lucem migraverit, tunc
abbate, quem ipse domnos Vualchuni episcopus in ipso
monasterio elegere

/35/

voluerit, ibidem mittat, et ipse abba. vel sui monachi taliter agant, dum et ipse domnos Vualchuni advixerit, qualiter ipse eos spiritualiter monere voluerit, et licentia non habeat de ipsis eos rebus aliud faciendi, nisi quod ipse suprascriptos domnos Vualchuni episcopus pro commune utililltatem ipsius monasterij eis iusserit. et ita michi placuit addendo, ut omnis facultas mea, quem per hunc testamentum meum vel epistolas ad ipso monasterio delegavi, dum et ego et ipse domnos Vualchuni advixerimus, sicut iam dictum est, sub suo nomine et nostrum diebus suę ad profectum iam dicti monasterij consistere valeat. et si michi superestis fuerit, diebus vitę suę in sua permaneat potestate. et si quislibet, quod esse non debet, de monachis ipsius monasterij contumax aut corruptor fabulis insidiarum contra iam dictum domno Vualchuni episcopo estiterit, aut rebellare voluerit, licentia habeat eos iuxta qualitates opere sue cohercere, et sententia iuxta canonica regula sancti Benedicti institutionis iudicare. et si noluerit se in sua castigatione corrigere, et rebellis extiterit, licentia habeat eum de ipsum monasterio in sua sancta ecclesię sancti Petri monasterij Novalicis. terras et vineas, una cum mancipijs in Matanatis, quem de alode parentum meorum habeo, quem Berolęos in beneficio habuit, volo ut habeas ac iubeo. dono fidelis meo Protadio res illas in pago Vuapencense, ubi dicitur Semprugnanum, cum adpendices suas, quem de Agloaldo conquesivimus, et illa portione, quę de Maurengo clerico pro sua infidelitate, quod nobis mentivit, et per verbo dominico conquisivimus, dum et ipse nobis mentitus fuit, ipsas res palatius nobis cessit, volo ut habeat. donamus Tersię filię

/36/

Honorię liberti nostrę, quem Teudaldos de Seguciu huxorem habuit, res illas que fuerunt Riculfum filium Rodulfum condam, quem pro preceptione donino Theoderico rege, et illuster vero domno Karolo in pago Diense, Vuapencense et Gratianopolitano conquesivimus; preter colonicas in pago

Ebredunense, in Velencio, quem ad monasterio sancto Petro herede meam delegavimus, dum et ipse Riculfus apud gente Sarrace[n]orum ad infidelitatem regni Francorum sibi sociavit et multa mala cum ipsa gentem pagana fecit, volo ut ipsa Tersia ipsas suprascriptas facultatis habere debeat. et volo ut liberti nostri filij Vualane, cum illas res quem ipsius Vualane dedimus, ad herede meam ecclesia sancto Petro aspiciant. dono liberta mea ad herede meam ecclesia sancto Petro nomen Fredberga, uxore Tasculfum, cum nepotes ipsius Fredberge, in Etone, aut in Pareliano manere videntur, ut liberti cum eorum res ad ipsa ecclesia aspiciant volo ac iubeo. et notamini in hanc pagina testamentis mei addendum placuit, dum et provintias iustas ad gentes Serracenorum dissolutas et distructas sunt, et tam liberti nostri, quam et servi et ancillas, utriusque generis, per plura loca vicinorum per necessitate dispersas fuerunt, volo ut ubicumque adgentes heredem meam monasterij sancto Petro Novalicis constructum, eos invenire potuerint, ut licentia habeant in eorum, absque cuiuslibet contradictione, revocare dominatione. et sicut ad parentes nostros et ad nos aspexerunt, ita et ad herede meam ecclesia sancto Petro monesterie Novalicis aspicere debeant, volo ac iubeo. et volo ut Gislaramus libertus noster et uxor sua, quem de domna Siagria ad nos pervenerunt, una cum colonicas illas, quem eis in Comario in pago Gratianopolitano dedimus

/36/

Facsimilie

/37/

ut ipsas habeant, et ad herede meam monasterio sancto Petro Novalicis aspicere debeant. et illa que non sunt nominata et ad nostro iure pertinet et alicubi non delegavimus, volo ut ad herede meam perveniant. et si qua karaxatura, aut litteratura in hanc paginam testamentis mei reperteque fuerint, nos eas fieri rogavimus. dum et non semel, sed sepius eum

requisivimus et humiliter preco domnis principibus, vel omnium potestatibus et episcopis, per Patre et Filio et Spiritu Sancto, qui potestatem dominandi regendi habeatis, ut hunc voluntatis nostre, quem per hunc testamentum meum ad heredem meam ecclesia sancto Petro monasterio pro substantia monachorum et pauperorum delegavi, ut in nullo permittatis convellere nec irrumpere, ut ad augmentis mercedis vestre commune pertineat. et si quis sperat hoc temerario contra hanc voluntatem meam quem promptissimam devotionem conscribere rogavi insidiator extiterit, et sese [reformare] noluerit, iram celestem incurrat, et ad communionem omnium ecclesiarum excommunicatus appareat, et insuper inferat ad ipsum sanctum locum heredem meam sociantem fisco auri libras quinquaginta, et quod repetit et vindicare non valeat, stipulatione pro omni firmitate subnixa.

+ Ego Abbo hunc testamentum a me factum subscripsi (... conscripsit)

Rusticus vir clarissimus subscripsi.

/38/

Magnabertus vir clarissimus subscripsi.

Vuidbertus vir clarissimus subscripsi.

Semphorianus vir clarissimus subscripsi (vir clarissimus).

Vitalis vir clarissimus subscripsit.